



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

Moure, Antonio Fernandes de

Coloniæ Agrippinæ

Cap. 21. De nono Decalogi præcepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934

secreti non redundat in damnum commune. Ita Sol. iust. quest. 10. art. 2. Exempli gratia: torquetur aliquis iniuste, ut complicem criminis detegat, potest illum denerare. Ratio est, quia nemo tenetur cum tanto suo demerito alterius famam seruare, occultando commissum peccatum illius. Ita Tolet. libr. 5. capit. 66. Si autem ostet bonum commune, potius quis tenetur mortem optere. Ut cum miles capitur ab hostibus iniuste occutus, potius tenetur pati mortem, quam Ducis consilium petere. Hoc tamen intelligo quando secretum accepit via iusta. Si enim vi, aut fraude illud sciuit, ut iniuste illud accepit, ita etiam iniuste reuelabit, ut manifestum est.

7 Q V A E S T. *Quid censes de audiente detractorem? Res.* Dico *primum.* Quando quis delectatur delectationibus ex odio eius, de quo detrahitur, gaudendo protali infama inimici, tantum peccat, quantum malum est ipsa fama. Dico *Secundo.* Detractionem audire ob solanvanam sciendi curiositatem, & otiositatem, est solam veniale. Ita Tolet. lib. 5. cap. 67.

8 Q V A E S T. *Quantum peccat, qui non impedit detractorem?* R E S P. Qui, cum superior eit, & ideo potest impeditre detractionem, & non impedit, tantum peccat, quantum est damnum tertij proueniens ex detractione. Dixi cum superior eit, quia priuata persona excusatibus multas rationes, ut pote, quia videt se nihil profectum: quia audax astimabitur timet detractoris iram: quia non propter reverentiam ipsius prelati, aut superioris detrahentis, si ipsum reprehendat. Ita Toletus citatus, quæ colligit ex D. Thom. 2. 1. qua. 73. art. 4.

CAPVT XX.

De nono Decalogi præcepto.

Non concupisces uxorem proximi tui.

D E hoc Præcepto, quidquid dici poterat, dictum est ad Sextum præceptum: propterea interrogationibus repetendis supersedeo.

CAPVT